



17-28. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

17-28.

SIGNAT. CICISCCCXIII.

I.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
*XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.
XXI.
XXII.
XXIII.
XXIV.
XXV.
XXVI.
XXVII.
XXVIII.
XXIX.
XXX.



Cathalogus Dissertationum in hoc Volumine reperendarum

- I. M. Gottlob Kahlii Commentatio de Aetate qua apud Graecos & Christianos Veteres sacra
 auspiciis munera moris erat Latina Anno 1735.
- II. N. Christiani Stephani de partibus Philologiae Graecae in Moses Senjens & Rhodis Patzscharum
 collegere Wittebergae An. 1727.
- III. Joh. Georgii Zirinowii Secretario Philologiae Londini in Historiam Augusti Sen III. 1-6. Sena 1734.
- IV. Christiani Benedicti Michaelis de inaugurationibus Chirographis Philologicae de Locorum differentia
 in Graecis, Latinae, & Siniticae Italiae Haerod. 1735.
- V. Joh. Jacobi Quare et Camen Controuersiarum recentiorum de sacerdotio Melopitheciano de causa An. 1735.
- VI. N. Davidi Dierckheini Problema Mathematicum: utrum Augustus ac Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- VII. N. Augusti Tittelii de Theologiae frequentia: de Septimo Josephi diuinatorio ad Sen XXII. 5. Trauic. 1735.
- VIII. N. Augusti Kichteri de Prophecia Mosi pars ad Sen XVIII. 15. Trauic. Sena 1736.
- IX. N. Fridolphi Meinkant. Formam Witulii. V. Cl. Pares facierum delineat. Recusa Witteb. 1736.
- X. Theodor Dasseuii. Formam Witulii. V. Cl. Pares facierum delineat. Recusa Witteb. 1736.
- XI. - - - - - eundem. Custrationem Hebraeorum de pincenari Comata Ro. Cl. p. 18. 15. 14. Recusa Witteb. 1735.
- XII. - - - - - eundem. Custrationem Hebraeorum de pincenari Comata Ro. Cl. p. 18. 15. 14. Recusa Witteb. 1735.
- XIII. - - - - - eundem. Custrationem Hebraeorum de pincenari Comata Ro. Cl. p. 18. 15. 14. Recusa Witteb. 1735.
- XIV. - - - - - eundem. Custrationem Hebraeorum de pincenari Comata Ro. Cl. p. 18. 15. 14. Recusa Witteb. 1735.
- XV. Georgii Farka. de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XVI. Philippi Theodor Metzelii de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XVII. N. Anton. Julii von Am. Harot. de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XVIII. Francisci Wokenii de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XIX. N. Joh. Fr. Frischii de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XX. Christophori Cellarii de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXI. Georgii Cappellii de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXII. N. Joh. Samuel Billet. de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXIII. N. Georg. Carol. Petri de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXIV. - - - - - de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXV. - - - - - de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXVI. - - - - - de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXVII. - - - - - de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXVIII. - - - - - de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXIX. N. Joh. Julii Sonnesfeldii de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.
- XXX. Joh. Philippi Casp. de Aetate in qua Augustus Cuiuslibet moriturum Sen XX. 25. An. 1735.

J. A. Benedicti
 Sen. Witteberg. A. L. S.
 MDCCCLVIII. d. 3. Julii

- XXXI. Christiani Ernesti Schmidii. Sacrificium a perisio offerendum. & Leib. Vro-26 Febr. 1733
 XXXII. Joh. Christoph. Lange Diss. Historico-Poetica de mirabili figura prophetae Jona Habes Mag. 1733
 XXXIII. Otto Nathanael Nitzschii. Effa Regis Edom combusta. Lipsiae 1733.
 XXXIV. M. Sigis. Friedr. Flacii. Athes origines. Symbolum dei. Hofa XII. 9. Lipsia 1731.
 XXXV. M. Joseph. Christ. Werneri Diss. Philologica, qua ex Zach. III. 8. Iohann. Summum Ebraeorum
 sacerdotem eademque socium **ADU** **U** appellatum fuisse ferunt. 1741.
 XXXVI. Contadi Meny Diss. Theob. Philologica; de Vnctione capitorum precibus iuncta et
 mutua offensionum confessione sc. ad Iacob. Cap. V. 14. vs. 16. Drema 1749.
 XXXVII. - - - Diss. Theol. Philo. de Riviis Fluviis veteri et habitaculis altis
 fimi in regibus ad Paul. XII. 5. Drema 1742
 XXXVIII. Carol. Henrici Zeibichii Diss. de Cantione Solini in prima Paschatis nocte apud
 Hebraeos recepta, ad Illustranda loca Jer. XXX. et Mat. XXV. 10. ss. Witteb. 1746
 XXXIX. Rudol. Ludov. Nitzschii. de nono Bethstomane possessione Iherosolym. Witteb. 1750.
 XL. Paul. Bergeri de Pompeio Hierosolymario Diss. Witteb. 1741.
 XLI. Paul. Bergeri. de Pompeio Hierosolymario Diss. Witteb. 1742.
 XLII. Joh. Friedr. Walchi Epistola de Sacerdotio Chanaan. Chanaan in Historiam explicat. Lipsia 1743.
 XLIII. Joh. Friedr. Walchi Epistola de Sacerdotio Chanaan. Chanaan in Historiam explicat. Lipsia 1743.
 XLIV. Joh. Friedr. Walchi Epistola de Sacerdotio Chanaan. Chanaan in Historiam explicat. Lipsia 1743.
 XLV. David. Koeleri Diss. de Civia Augusta Hierosolym. 1715.
 XLVI. Joh. Gull. de Bergeri. Observaciones et numerus antiquus Sacrae prophetiae. Witteb. 1744.
 XLVII. Diss. de ritu capitis in Sacris veteris Commentatio Witteb. 1722.
 XLVIII. Laurentii Reinhardi. de Graeco Larus satis Commentatio Witteb. 1737.
 XLIX. M. Groun. de Nummo Hierosolym. antiquissimo. Lipsia 1744.
 L. Joh. Friedr. Walchi Epistola de Sacerdotio Chanaan. Chanaan in Historiam explicat. Lipsia 1743.
 LI. Christ. Doul. Francisi Program. de Veterum Temporis Cornicibus eorumque usibus Witteb. 1757.
 LII. Dan. Gual. Filleri Program. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LIII. M. Max. Scyth. Gual. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LIV. M. Joh. David. Ellerod. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LV. Salom. Rancichius. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LVI. M. Joh. Gottl. Johani Diss. de Esca Paganorum immolationum. Magdeburgi 1742.
 LVII. M. J. J. Krieger. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LVIII. Joh. Philipp. Cassel. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LIX. Joh. Ernst. Pomm. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LX. Christ. Friedr. Velscheri Diss. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LXI. M. Chr. Steph. Wolli. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LXII. M. Capri. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LXIII. Joh. Andre. Schmid. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.
 LXIV. M. Joh. Caspar. Gottschalkii Diss. de Sacerdotio deo positus ac consecratus. Lipsia 1729.

1741
 1742
 1743
 1744
 1745
 1746
 1747
 1748
 1749
 1750
 1751
 1752
 1753
 1754
 1755
 1756
 1757
 1758
 1759
 1760

ספרים

SIVE

EPISTOLAS
PROPHETICAS

In Dan. C. IX. com. 2.

MEMORABILES

A

TENTAMINE NVPERO CRITICO

CLARISS. VIRI

GVILIELMI WHISTONI

ANGLI

VINDICATAS

EXERCITATIONE ACADEMICA

PRÆSES

IOANN. SAMVEL BILLEB

ABBATISBESSINGA - SCHWARZBURGICVS,

LL. A. A. ET PHILOS. MAGISTER

IN ALMA, QVAE AD ALBIM FLORET, LEVCOREA

H. L. Q. C.

DIE XVI. KALEND. OCTOBRIS. c1o 13cc XXIV.

DISQVISIONI PLACIDAE SVBMISSA

PVBlice TVEBITVR

RESPONDENTE

CHRISTIAN BENIAMIN ZIHNIO

ARNSTADIO - THVRINGO.

WITTEMBERGAE STANNO CERDESIANO.

1788

1788

1788

PROPHETIAS
EPISTOLAS

In Dom. C. IX. Com. 2.

Handwritten signature

TENTATIVE IN PRO CRITICO

CAROLUS VITI

GUILIELMI WHISTONI

ANGLI

VINDICATAS

EXERCITATIONE ACADEMICA

P. R. N. S. S.

IOHANN. SAMVEL BILLER

ADUATISSIMO A. S. P. W. AR. B. V. G. I. C. V. S.

LL. A. A. T. P. H. I. O. S. M. A. G. I. S. T. E. R.

IN A. G. R. A. M. A. D. A. L. I. A. M. P. L. O. R. I. T. I. T. E. C. O. R. E. A.

M. D. C. C. L. X. I. V.

DIE XVI. KALEND. OCTOB. M. DC. C. C. L. X. I. V.

DEC. A. G. R. A. M. P. L. O. R. I. T. I. T. E. C. O. R. E. A.

EXERCITATIONE ACADEMICA

P. R. N. S. S.

GUILIELMI WHISTONI

ANGLI

VINDICATAS





Q. D. B. V.

§. I.



icet Grammatici aequè dubitent atque doctè certent, quod in Orientalium pariter atque Abyssinorum sigillatim Bibliothecis vetustissimi primorum hominum, *Adami, Serbi, Enoch, Noemi, Abrahami*, aliorumque piorum codices purpura delicta uelati splendiderint, eorundemque superbi indices cocco olim rubuerint, uti id ipsum, celebrioris nostri, elapsique Seculi Polyhistoros LVDPHVS, α) nominatim, STRUVIUS, β) MORHOFFIUS γ) KIRCHERUS δ) HOTTINGERUS, ε) BANGIUS, ζ) BEBELIUS, η) MADERUS, θ) HILLSCHERUS, ι) BVDDEUS, κ) WOLFFIUS, λ) SALDENUS, μ) PFEIFFERUS, ν) SGAMBATVS, ξ) FABRICIUS, ο) REIMANNUS, π) alii,

A 2

α) in Historia Aethiopiae, ubi plurima, eaque rarissima obseruatu de Abyssinorum Literatura orbi erudito dedit et praecipue L. III. c. V. ubi de *Enoch* Propheta, et librorum supellectili, quam *Reginam Sabae* coaeruarè coepisse tradunt, commentatur. conf. de Regina Sabae *Bochari Phaleg* et *Canaan*, T. I. L. II. c. XXVI. nec non *Strabo* cum *Plinio* et *Io. Andr. Schmid*, dissert. de Regina Austri Ienae habita. κ. λ. β) in Introduct. ad Hist. Liter. c. III. p. 80. γ) in Polyhist. Liter. T. I. L. II. c. VI. p. 45. δ) in Arca Noë, nec non in *Oedip. Egypt. T. I. Syntagm. I. c. 8.* ε) in *Histor. Orient. c. III. in Smegmat. Orient. p. 228. 239. Theol. Iud. 285.* ζ) in *Coelo Orientis.* η) in *Antiquitat. Eccles. Antediluu. : θ) in de Bibliothec. Antediluu. Libro, editore Schmidio.* ι) in *Schediasm. de Adami Bibliotheca.* κ) in *ad Philosoph. Ebr. Introductioe.* λ) in *Biblioth. Ebraicae P. I. passim.* μ) in *Otiis Theol. L. I. Dissert. I. de primo Scriptore.* ν) in *Dissertat. de Enoch eiusque Libris c. III. annex. eiusd. Dub. Vexatis. edit. Lips. 1699.* ξ) in *Archiuo Vet. Testamenti.* ο) in *Pseudepigraphis V. T. Volum. I. et II.* π) in *Historia Literaria Antediluuiana.*

alii, eruditus in obseruationibus suis concinne annotaueret; Ad *Anglorum* tamen imprimis uerissimae laudis cumulum et hoc dudum accessit, quod non codices uetustiores solum, sed et probatiores et rarissimos Sacrorum Scriptorum libros, exquisita diligentia, tam conquisuerint, quam perscrutati fuerint. In *Westmonasteriensium*, e) sane scriniis librariis, praeter ceteros codex V. et N. T. quem *Alexandrinum* eam ob causam uocant, quoniam CYRILLVS LVCARIS, σ) ab Alexandrina sede ad Constantinopolitanam translatus, ex Aegypto illum secum duxerit, eundemque CAROLO II. Anglorum Regi dono miserit, manu THECLAE, quae sub Diocletiano martyrii coronam indepta est, descriptus, asseruatur, id quod STRUVIUS quoque, l. c. adnotat. Viuunt etiam ad hunc usque diem *Anglorum* celeberrimi *Literatores* Ebraei in scriptis suis, speciatim, POCOCCI, CASTELLI, LEIGHII, FULLERI, ROBERTSONII, WALTONII, OWENII, HAMMONDII, POLII, CLAPCKII, LIGTHFOOTII, WITHII, MILLII et qui reliqui, quos doctores, in obseruationibus de magnis *Britannorum* in Orientis Literas meritis, laudare satagunt. τ) Haec autem ut ut recte sese habeant, inter Eruditos tamen in *Transmarina Saxonia*,
ut

e) adde *Seruius* in *Introduct.* ad *Hist. Lit. Excerpta ex Sulcardo*, uetusto Angl. scriptore de *Fundat. Eccles. B. Petri Westmonasteriensis*, praemissa sepulchris Regum et Reginarum, Nobilium, Doctorem, ibidem sepulchorum. Londin. edit. M. DC. 4to. et si iuber *Kempii Biblioth.* Angl. quam *Horring.* in *Bibliothec. Quadripartito* in *Compend. Lectoribus* dedit. nec non *Bentley.* *Englischer Kirch- und Schulen-Staat*, item *Miege geistl. und weltl. Staat von Groß-Britannien.* σ) de huius Viri Vita et Fatis uid. Th. *Smith.* in *Miscellan.* c. IV. p. 49. Londin. edit. 1678. Eiusque confessio apud *Alsted.* in *Encyclopaed.* T. V. *Jaegeri*, Pro-Cancellar. *Tubingens. Histor. Eccles. Sec. XVI. Dec. III. p. 182.* τ) confer. *Pyrethronis* *dissert. de Meritis Anglorum in Orientem et Westphal.* de statu Rei Literar. praesenti in Europa. *Gryphiswald.* 1724. edit. p. 81.

ut *Wunefridus* Anglus, Britanniam eleganter uocat, nuper admodum repertus fuit *Vir* quidam, haud incelebris, qui nouitatis studio, mox circulos faniorum Mathematicorum aduersus *BVRMANNVM* meliora docentem turbare, mox *Arianorum* haeresin disseminare, instituit, qui et loco, quem, in omnium celeberrimo Prytaneo Musarum *Cantabrigiensium*, obtinebat, ob memoratas turbas excitatas, tandem summotus fuit: Idem ille nempe *GVILIELMVS WHISTONVS*, u) foetum ante anni, et quod excurret, temporis spatium, exclusit prorsus infandum, nec rubro, sed atro insigniendum titulo: *An Essay, towards restoring the true Text of the Old Testament et for vindicating the citations made thence in the New Testament*, cfo Iccc XXII. Londini editum, (in forma, quam uocant, octaua) Id est, interprete *CARPZOVIO*, ☉) *Tentamen, tradens modum restituendi genuinum V. T. Textum*, et uindicandi citationes inde in *N. T. factas*, ubi pag. 81. qua nostrum saltem negotium propius attingit atque stingit ex ספרי ad *DAN. C. IX. com. 2. collatis IEREM. C. XXV. com. II. et C. XXIX. com. 10.* et aliis locis integros comminiscitur libros, et illud quidem non alium in finem, quam ut inte-

A 3

gri-

u) Ille *Anglus CL. VIR* est, sed, quod dolendum, Neo-Arianus, primum *Episcopi Norwicensis* Diaconus, *Burmanno* sese opposuit scripto: *A new theoric of the Earth*, ubi somniat: sex Dies Creationis sex indicare annos et quae reliqua ἀτοπία. uid. *Grapius* in *Theol. Recens. Controuerf. T. II. Qu. II. et VI. p. 4. et 20.* deinceps promotus Profess. *Mathem. Cantabrigiae*, ubi *Epitomen V. T. Chronol. et Harmon. N. T. IV. Euangel. scripto* edidit, in quo iterum mutat quadrata rotundis conf. *Leipz. Bücher-Saal Oeffnung XX. p. 950.* sequi. Inde loco et officii honore excidit, addatur omnino *Ioh. Ernestus Grabe*, Profess. *Londinensis*, qui morte imminente, edit. *Traët. contra V. Cl. Whistonum*, ubi eiusdem errores taxat. plura recens. *A. E. Lips. Annis. 1711. 1712. p. 557. et p. 96.* conf. *Antiquo-Noua Theologica Ao. 1715. p. 1004.* ☉) *Iohannes Gottlob Carpozovius* Lipliens. *Theol. Celeberr. in Dissert. Vindicatae Criticae Codicis Sacri Ebraei*, in scripta, qua summus *Theol. honores* capeffendo *Lipliac*, 1724. publicae commentatus est.

gritatem Canonis Sacri magis magisque in dubium uocaret.

§. II.

Nihil autem uere Noui parturit *Vir* iste CL., sed uetusta solummodo incrustat, et eadem, qua CAPELLVS, X) SIMONIVS, ψ) CLERICVS, ω) HOBBSIVS, α) SPINOSA, β) et huius furfuris alii *Pseudo-Critici*, aberrat chórda, atque in simpulo excitat fluctus, quos cum charybdy atque syrtibus comparauerim. Veluti autem apud *Ebraeos* nonnulli malae fidei interpretes correctiones scribarum, γ) temere sibi sinxerunt, quae potius, emendationes quorundam tantum locorum, dicendae erant; Eundem in modum hi quoque Viri, alias satis ingeniosi et acuti, nimium sibi, Spiritui Sancto, parum tribuentes, Scripturas Sacras pro laciniis *Scribarum* inordinate congestis uenditare non sunt ueriti: cum tamen illi saniorum Criticorum rationum ponderibus toties conuicti; quoties in uiam electam reduci semet passi fuerint. Scarurignes autem turbidae harum protuberantium opinionum sunt uel

α) in Crit. sua S. conf. *Buxtorff*. Anti-Critic. S. Vindicias Veritatis Ebr. eidem oppositas. Tom II. c. 14. et aliis in locis. ψ) *Richard Simon*. in notiss. Histor. Crit. V. et N. T. Scripta annoebaea plurima hac de causa edita Critici norunt, ut *Maii*, *Carpzouii Pfeifferi*, *Honkcampii*, *Seldeni*, *Triglandii*, *Witsii*, qui in Miscell. Sacr. L. I. c. XIV. erudite et sobrie hos detestatur naenias. conf. *Engelckenius*, *Rofschienf*. Theol. in dissert. de sententiis in sacram scripturam iniuriis. *B. Schomeri* Colleg. Recentiss. Controuerf. praemissa, et *Pfeifferus*, qui in Hermeneur. Sacra p. 35. de Simone scite iudicat:

O Corydon (Simon) quae TE dementia coepit!
 ω) de Sacerdote Samaritano, qui auctor fingitur Pentateuchi. α) in *Leuiathan*. P. II. c. 38. β) in *Tr. Theol. Polit.* c. 8. uide *Morhoff*. *Polyh. Literar.* L. I. c. VI. p. 46. γ) Ebr. et Talmud. תיקון ספרים, sinxerunt in XVIII. locis S. Sacrae obuiam. uide *Raymundi* Pug. Fid. P. II. c. III. *Glass*. Phil. S. L. I. Tr. I. p. 38. *Buxtorff*. in *Lexico Chaldaico-Talmudico*, columna, 1534. 1536. sequ.

uel pruritus famae effrenus, uel nimius etiam eruditionis peculiaris ambitus, dum istud σωφροῦν παρὰ το σωφροῦν sibi met quam commendatissimum habeant. Quidam enim centum student auribus Virorum, quod aliis acutiores, Regnum aliquot litterarium, LILIENTHALIO auctore, δ) *Machiauellisimi literarii* ad instar se tueri existimant: Nonnulli fortunatissimarum inprimis *Britanniae Insularum* incolae, ingenii sua inuenta cum *Arpinis* ita comparari discipiunt chartis, ut per auras et ora uirum uolitantibus illud: *ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ*, ε) Rationis corruptae e porticu philosophorum in atria *Salomonaeae*, Sacram Scripturam, puto, introducere contendant. Et hoc quidem ambitu turgidi non pauci Eruditorum eo delabuntur, ut illis magis, ambitione flagrans, *PLINIUS*, ζ) seu profanus quilibet Scriptor, horumque *flores*, quam *Dei Spiritus* eiusque *mores*, ad palatum sint. η)

§. III.

Istorum autem in classem dudum semet ipsum retulit CL. WHISTONVS, posteaquam ille animi sensa, quae S. Reu. CARPZOVIVS, nullum hactenus Theologorum uel Cri-

δ) in Tractat. de *Machiauellisimo* literario, seu peruersis quorundam in-
 clarescendi moribus, praetereo eiusdem *Exorcisimum* et *Soloecisimum*
 literarium. uid. Eius *Selecta Histor. Literariae*. ε) conf. I. A. *Schmidii*
 Dissert. Theol. de *ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ* Pythagoraeorum collato cum *ΑΥΤΟΣ*
ΕΦΑ Christianorum *Helmstad. 1712.* edit. *Kochii* de Paedantismo Py-
 thagorae, adde, si lubet, *Hubneri* de Paedantismo et Galantismo Scho-
 larum. it *Hankii* *Orationes*, Cur plurimi nullos, et causas, cur pluri-
 mi multum composuerint libros. *Volum. Orat. p. m. 213.* ζ) *Plinius*
 ipsemet leg. in *Epist. L. IX. Epist. 23.* ad illud: *Tacitus* es an *Plinius*?
 conf. *Witius L. I. Miscell. S. c. XIV. §. 30. p. 119.* η) Paria habet
Barclainus *Icon. Animor. p. 128.* et qua Anglorum singularia Philoso-
 phica *Leibnitius* et *Clarckius* in *Collectionibus* suis. 1717. *Londin.* edi-
 tis: adde *Heumanni Acta Philosoph. p. IV. p. 653.* *Morhoff.* *Polyklist.*
T. II. L. II. c. I. Qua singularia Theologica legi meretur *Hovnius* in
Tr. de moderno statu Eccles. Britanniae, et *Cl. Pfaffius* in *Introdu-*
ctione in Histos. Theol. literar. p. 150. sequ.

Criticorum detegisse et intentatam Sacris Literis calumniam rerudisse, dolet, in scripto citato prodic. **NOSTRUM** saltem ad scopum ea pertinent perstringenda, quibus auctor plurium **IEREMIAE** librorum fieri mentionem **DAN. C. IX. com. 2.** probare satagit, et quanquam hodie duas legamus de **LXX. captiuitatis annis prophetias Ier. c. XXV. com. II. sequ. et C. XXIX. com. 10.** nullo tamen indicio, addit, proderé duos distinctos libros Ebraeum Codicem, in quod **Danielis** aetate discescebantur. Insuper monet, quod **IOSEPHVS, §)** etiam testetur, ipsummet **EZECHIELEM** duos de captiuitate Babylonica libros consignasse. Et sane apud **DV PIN 1)** et **COTELERIVM, 2)** Apocrypha memorat collectio prophetiarum sub nomine **EZECHIELIS** in duas diuisa partes: huc dum urget, quod idem, **IOSEPHVS, 3)** plures **DANIELEM** libros suo tempore prostantes composuisse perhibeat. Hiscemet ita suppositis sequiores Iudaeos Veterum in Scriptis Prophetarum partitionem immutasse, gloriatur: Accedere, quod immutatione partitionum ac ordinis in libro **DANIELIS** in ipsum textus argumentum et cohaerentiam non leuis quaedam irrepsisse uideatur uariatio; denique *Anglus* ad *Celeb. Io. Alb. FABRICIVM, 4)* qui de **IEREMIAE, EZECHIELIS** et **DANIELIS Apocryphis** testimonia, uariasque doctorum sententias in medium produxit, prouocat.

§. IV.

Vt uero de pictore atque fictore nemo melius, quam artifex iudicare ualet: ita de hoc *Viro*, qui licentiam plusquam

§) Libr. X. Antiquit. Iudaicor. c. VI. in Historia Canon. L. I. c. I. p. 28. 2) in Commentar. ad Canones Apostolicos, p. 87. 3) Libr. X. Antiquit. Iudaic. c. XII. 4) in Codic. Pseudepigraph. V. T. num. CCXVII, p. 1102. 1103. sequ.

quam poeticam atque pictoriam sibi met arrogat, nihil prohibet, quo minus cum Poëta exclamemus:

Num WHISTONO ceu Pictoribus atque Poëtis

Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas?

Mala audacia, iniqua potestas, quam sibi sumsit pingere et fingere plures IEREMIAE Prophetiarum Libros, cum unicum uaticinium in plurima uolumina rectius dipefci posset. Quantum autem mihi cernere datum est, multa in WHISTONO sic eminent et elucent παραρρήματα, ut mediocriter quoque doctos multum ista afficiant atque offendant. Frequenter equidem malefanorum Criticorum praetensam sublimitatem atque latitudinem Veterum Scriptorum effingit: Sed sermo est adeo uariis, ut neminem, nisi Spiritui S. et sanis rationibus repugnantem, ducat et impellat. Ille nimirum plurimum eruditionis sibi acquisuisse putat, in iis etiam sententiis, quae tamen a nobis pro fortuitis et inanibus reputantur: *Ebraeus* enim *Sophus*, SALOMON, de hocce multiloquio dicit, quod ei non desit peccatum, Prou. X, com. 10. cuius dicti feueritatem, ita horruit ipse AVGVSTINVS, ut inter praegnantiores causas retractationum suarum, idem istud reposituerit: Istam, inquit, Scripturae S. sententiam propterea timeo, quia de tam multis disputationibus meis, sine dubio multa colligi possunt, quae si non falsa, et, certe uideantur, siue etiam conuincantur, non necessaria. Alliget igitur et *Ise Vir*, AMBROSTO suasore, uerbum, sermonem suum, pennam inquam, ne luxuriet et peccata sibi colligat: sit restrictior et ripis suis coerceatur. Et haec quidem generali quadam ratione praemonitorum uicem sustineant, quibus inania uerba contra Sacras Lite-

B ras

- v) Libro I. Officiorum c. III. addantur uerba cum grano salis, quae Dannbauerus in Dedicat. Hodosophiae ex Hieronymo recenset: et illa: Accipe, stat pretium Nugis, et callidus emtor,
Vix plura ex alia sperat compendia merce. conf. Duvaracni Wohlverdientes Schul-Recht. p. 13, 14. nec non Augustini, Libr. Confessionum. L. VI. c. V. §. 1. 2. 3. sequ. edit. Colon. 1649. p. 128. 129.

ras prolata et publicae data luci, ut et Whistoniana conamina uana rite exploduntur.

§. IV.

Specialius autem, ut, quid sentimus, definiamus. Opinamur omnino, quod CL. VIR, *primum* simulet se nescire, quae scire poterat et debebat: *Deinde* confundit iste ea, quae in Sacris literis sunt distincta; et *demum*, quae dudum ab antiquioribus Scriptoribus pro *Apocryphis* et *Pseudepigraphis* habita, ea scripta pro *Canonicis* et *prophetis* uenditare uix erubescit. Ut autem uel mitissima, uerissima tamen ratione aduersarium conuincamus, seu demonstremus saltem, quae Lector, desiderat, demonstranda, nempe *uindicias Epistolarum propheticarum*, quae iam iam praecipue ex DANIELIS c. IX. com. 2. collatis aliis locis impugnantur, Eo ante omnia et quam maxime respiciendum erit; quod nimirum *simulet auctor se nescire, quae tamen scire poterat, imo, ut doctus interpret nosse debebat.* Notio enim ספרים in Libris s. Epistolis, et sine ב praefixo, Ebr. ספרים non praecise modo libros multis, magnisque compactis uoluminibus constantes, signat sed et Epistolas, schedas atque pericopas. In singulari enim est ספר Liber, in quo continentur recitationes et Scripturae rerum gestarum: item libellus, Epistola nec non literae, quae scriptae mittuntur, ut legantur, hoc significatur, uti plurimis locis, ipsemet *Anglus ROBERTSONIVS* §) docte adstruit. Discere itaque ex sacris porerat *dissentiens*, quod notio ספר Literas, ad alios mistas designet, ut per multa loca saltem spicilegium, uel tribus, faciamus. Siquidem literae *Ishahel* sub nomine *Achab* scriptae et signatae I. Reg. C. XXI. com. 8. ספרים ותכתב dicuntur, ubi Ebraicus Textus: ותכתב
ספרים בשם
אחאב

§) in Thesaurio Linguae Sanctae. Londini 1686. edit. f. 665. adiunge *Leighium* in Crit. Sacra edit. Gothanae f. 335. a. b.

אחאב ותחתם בחתמו ותשלח להספרים אל-הזקנים
 : i. e. Et ואל ההורים אשר בעירו הישבים את-נכות
 (*Isabel*) scripsit literas sub nomine *Achab*, signauitque si-
 gnaculo eius, et mittebat literas eas ad seniores et prima-
 res urbis qui circumhabitabant Naboth. Vsurpatur etiam
 idem ספרים de *Iebu* literis ad Samatitanos 2. Reg. X.
 com. 1. exaratis et *Abasueri* epistola ad subditos ספריהמלך
 literae Regis, Esth. III. 12. coll. c. 1. 22. c. VIII. 10. saluta-
 tur. Vti uero notionis ספר, radix Ebr. ספר, πολυσημος est,
 posteaquam non tantum numerare et signare sed narrare,
 etiam referre et nunciare denotat, ita סופר quoque
 inde deriuatum est, quae uox apud *Ebraeos* tum *Veteres*,
 tum *sequiores*, eum ambitu suo obtinuit significatum, ut
 plurima honorifica et erudita inuolueret, (ut haud ita pri-
 dem in Dissertatione de מזבולין סופר C. III. §. ult. docui-
 mus.) Quod enim Graecis *Philosophi*, σ) Chaldaeis *Magi*,
 π) Gallis *Druides*, ρ) Indis *Brachmanes* σ) Romanis *Orato-
 res* et *Doctores* quondam erant, id Ebraeis *Scribae* adeo
 ut et *HOTTINGERVS*, ד) obseruet, quod סופר primum
 quidem *Theologum Criticum* significet, qualis fuerit *ESDRAS*,
 qui luxatas Bibliorum Codices ליושנה החזיר פרסו
 nitori restituerit, deprauatos castigauerit; De hinc uero
 סופרים *Doctores et Professores* publicos, quorum erat Scri-

B 2

e) de Philosophis uid. *Vossius* de Sectis Philosophorum. *Hornius*, *Ionsus*
 de eodem argumento *Buddaeus* in Element. Philos. Select. Tom. I. c. I.
 sequ. *Morboffius* in Polyhist. Literar. T. II. L. I. sequ. et *Stanleus* in
 Histor. Philos. additis plurimor. effigiis, Londini edit. π) de Magis
 post innumeros *Heurn*, Philos. Barbar. Primord. L. I. p. 26. 87. 89.
Cornel. Agrippa de Vanit. Scient. c. XII. XIII. XIV. *Dien*. Antiqu. N.
 T. sub not. μαγος. e) de Druidibus *Heurnium* in l. c. p. 306. 307. dege
 nec non *Ammian. Marcellin.* L. XVI. c. 8. *Clauerium* L. I. Antiquit.
 Germaniae. unde dicti *Druides* reperies apud *Bochartum* in Phaleg et
 Canaan T. I. L. I. c. XLII. σ) de Brachmannis legi meretur *Heurnius*
 l. c. L. II. qui Indicus inscribitur, ubi Brachmannes diferte *Scribas*
 nominat p. 144. 145. de eorum pretiosis uestibus docet *Bochartus* l. c.
 c. VII. τ) in Thesauro Philologico. L. I. c. II. p. 74.

pturas Sacras exponere, uindicare, praelegere in Templis, pariter atque in Synagogis populum instituire, dubia ex *Prophetis* et *Mose* soluere obiecta, perplexasque quaestiones enodare, indigitasse, hoc super negotio *secum* existimat. Atque, hinc in simul clarissime, ut putamus, patefcit, quod ספר praecipuam obrineat significationem, quando redditur per literas, catalogum, Epistolas, quas aliquis uel publicae nimirum causae, uel priuatae suimet inseruendi, scribit, ut πολυγλώττατος Vir CASTELLVS, u) *Anglus*, erudite obseruat, quando ספר per instrumentum publicum uertit ex IEREM. C. XXXII. com. 10. Ex his autem, ut ad alia non digrediamur manifesto constat, quod, cum Daniel dicit, כינתי בספרים, attente considerau in libris, non libros duos sed unicum saltem, uerum ex plurimis Schedis compactum iste intelligat, quales etiam erant literae IEREMIAE c. XXV. com. 11. quae dein collectae iustum uolumen quoddam conficiebant. Et haec sane *Eruditiss. Vir*, nisi praeciudis suis blandiretur, scire debebat et quam optime poterat. Προτον Ψευδος, si quid coniciendo ualeo, est, quod Vir CL. insigne subsidium Interpretandi scripturam sacram scil. Parallelismum et uerborum, tamque realem quam et historicum, securè negligit, quem tamen, Eundem, mox uerba DANIELIS, deinde facta IEREMIAE, et demum *Status* ISRAEL captiui usque ad conuictionem perquam dilucide edocere potuissent.

§. VI.

a) in Lexico Heptaglotto, sub not. ספר quo de opere philologico memoria dignum puto, quod Celeb. *Autor* illud ipse uocet: *Seruitutem septendecim annorum*, per quos aluit perpetuo VII. Anglos et totidem Exteros, qui cum adiunxerunt, praeter proprios ipsius Labores, at omnes aliquot ante annis mortui sunt priusquam opus absolueretur, adeo, ut in istum totum onus delapsi fuerit, cont. si alibeseit, Vita Ioan. Lightfootii praemissa O O. Franqui. edit. 1699. ubi Epistolas *Castellum* inter et *Lightfootum* amicas et eruditas, multis interpersis elogius huius operis, uidere licet.

§. VI.

Deinceps *Vir CL. ea, quae in Sacris sunt curate seim-
 eta, confuse tradit*, nam et literas IEREMIAE a DANIELE
 lectas pro libris eiusdem, et libros pro literis falso uendi-
 tat. Ipsemet enim locus IEREMIAE C. XXIX. com. 1.
 quem pro statuminando, ruinoso suae sententiae fundo
 excitat, (uel hisce uerbis in Codice S. extantibus: אלה
 הספר רברי Haec sunt uerba Epistolae, quam misit Iere-
 mias Babel) si non omnem perdidit frontem, Eidem
 ruborem affundere et eum ex deuiio in rectum tramitem
 facile iterum reducere ualuisse. Ibi enim רבר הספר
 uerba huius Epistolae, B. LUTHERUS, *die Worte im Brieffe*,
 recte uertit, quoniam ea expresse distinguuntur a tota
 propheta, etenim non de completo Volumine IEREMIAE,
 sed de literis, captis in *Babel*, in solatium missis, accipi-
 enda sunt. Manifestum ex hisce iterum est, singulas uati-
 ciniorum IEREMIAE *Prophetae* pericopas, diuerso qui-
 dem tempore editas, ספרים nomine uenire, quae in u-
 num deinceps collectae uolumen, integrum quandam
 ספר seu librum, composuerint. Si uero *Vir CL.* uel *πα-
 τριδουμου* laboret, ut exteros nauci aestimet, solusque in
 sicca secum spatari uelit arena; uel solummodo uestigiis
Anglorum acutissimorum ROBERTSONII, CASTELLI,
 atque LIGHFOOTI, insistere pedem doceat. *Trium-
 Viri* hi uel eidem sufficere poterant Doctores, qui uel illis
 scita minimum triumphent. ROBERTSONIVS autem at-
 que CASTELLVS, cum iam tum in scenam producti fue-
 rint, LIGHFOOTVS, φ) restat intra uelum, qui qui-

B 3 dem

φ) in Chron. Temp. V. T. Vol. I. fol. 122. inter memorabilia *Lightfootiana* Philo-Ebraeorum et Academicorum in gratiam recensere uolue-
 est, illius impenisimum erga Colleg. Christi Cautabrigienſe, amorem.
 Dulcissima, inquit, Nutrix, mille uiros illustres et doctrina et dignitate
 splendidissimos educaſti et eduxiſti, at ego ultra quam millesimus o-
 mnium, infimus, abortiuus, qui nihil omnino *Catabrigienſe* et *Colle-
 gio*

dem nunc procedit et Laconismo multa dicit: DANIEL, ait, intelligens ex prophetia IEREMIAE, annos LXX. captiuitatis peruenisse ad finem, precibus Deum adit, suae gentis reditum rogans: Responsum non tantummodo accipit benignum, sed una etiam praedictionem temporum, quae populo ipsius essent superuentura usque ad mortem Christi. Et ad IER. C. XXIX. perspicue docet de *Epistolis*. IEREMIAS, aiens, mittit *Epistolas* ad filios captiuitatis, quorum una persuadere illis conabatur, ut cohererent animam, seque componerent ad sufferendam LXX. annorum captiuitatem: Postquam autem incidit in Prophetiam de reditu Captiuitatis, pluribus agit de reuocatione *duarum Tribuum domum, et X. Tribuum ad Christum*. Hic uidemus unam eandemque prophetiam consolatione plenissimam, et non duos elicere codices licitum putamus. Ebraeorum alias Doctores ex Gemaristarum Regulis, earundemque XI. probe monent, quod qui interpretari rite uelint scripturas, eundem הענין הפסוק rem distinguere, χ) seu ut alii loquuntur לקראי מפסקונתו סכינא הרינה i. e. Cultro acuto secare Lectionem siue ut DIVUS PAVLVS eloquitur, ορθοτομήν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας 2. Tim. II. com. 15. perquam decere. Et haec quidem axiomata, ut omnibus *Exegetis*, ita sigillatim, etiam WHISTONO, qui uexata scripturae loca explanare et crisin circa eadem exercere discupit, statuae *Mercurialis* ad instar oculis constanter obuersari debuissent.

§. VII.

Quod ad tertium denique Pseudo-Critici attinet argumen-

gio Christi dignum in me habeam, nisi hoc tantum, quod doctos uen-
ror, ipse indoctissimus, quod Cantabrigiam et Collegium Christi, ipse
inacademicissimus, colam, amemque supra quod effari possim. Atticissat
cor, solocissitet licet Lingua, uid. in O. O. praefat. hanc Londini 1647.
*dictam. * 3. χ) addatur Hottingerius in Thesaur. Philol. Ebr. L. I.*
c. II. p. 73. et ex illo Io. Iulius Seruarius in Logica Ebraeorum, p. 113.
una cum suis obseruationibus edit. 1697. Ienae.

gumentum, per quod tum EZECHIELI, tum DANIELI plures affingit libros, illud uel eam ob causam fufius discutere superfedemus, quoniam adeo iniuriosa et ignominiosa haec sententia est in *Canonem Sacrum* Veteris Testamenti, ut uel LVDOVICI CAPELLI, IOANNIS MORINI, GORDONI HVNTLAEI, LEONIS CASTRII, IACOBI TIRINI, Infausti FAVSTI SOCINI et Magni alias HVGONIS GROTTII, et reliquorum, qui magnorum profanatorum Sacrarum Bibliici meruere nomen, conatus inauspicati profanae Criticae, maiorem atque petulantio rem et corruptionis et perditionis et confusionis labem Libris Sacris haud affuderint. Cum uero STEPHANVS *le Moyne*, (ψ) EZECHIELIS Librum in duos olim ita diuisum fuisse censeat, ut prior usque ad C. XL. posterior inde ad finem pertigerit, iudice Critices Sacrae peritissimo *Theologo*, (ω) orium nobis, ut hac in re inquirenda tantisper occuparemur, subministravit. DANIELEM uero quod concernit, Ipsemet S. R. CARPZOVIVS l. c. probat et colligit, quod WHISTON male alleget IOSEPHVM, cum hic ipse nullum nisi unum librum Danieli appropriare possit, cum testetur ipse *Iosephus* c. XII. Se nihil ingenio aut traditionibus dare. Magna sane sunt Maximi Nominis, ultraque nostram positi laudem, *Theologi* huius uerba, quando ponderibus rationum pensitatis sane concludit atque WHISTONVM confutat hisce: *Lirae et gerrae hominis excoecatae mentis uestigia in apricum ponentis, nec erubescens Apocryphos libros testes producere aduersus Canonicorum integritatem!* quo quidem elleboro caput illud transmarinum tribus Anticyris insanabile, cui tamen mecum Boni dudum sanio rem mentem optarunt! quam maxime opus habebat. Valeat itaque et cum suis uel Antesignanis uel seductoribus, *Arianis, Socinianis, Praeadamitis, Arminianis* et quibus-

ψ) in Notis ad *Varia Sacra*. T. II. p. 332. sequ. ω) in supra laudata disert. aduersus *Whiston*. §. 30. p. 75. confer. *Witium Miscell.* S. L. I. C. XIX. §. XXXII. p. 254. ubi Porphyrium, Talmudistas, Philosophum Theologico-Policum erudite confutat.

quibuscunque aliis, qui libros Canonis deperditos uel ex Apocryphis supplendos esse, somniant, cohortibus, et *meliora* sibi persuadeat, sapiatque demum *saniora!* qualia eundem *πολυμαθέςατοι* Viri, QVENSTEDII, CARPZOVII, BUXTORFFII, atque FABRICII, praeter *Anglorum* doctissimos, abunde et plus satis edocebunt. α)

§. VIII. Ulterius autem licet progredi possemus et uiam praeuenientibus quidem Iplis *Nostratibus Theologis* Summis et *Criticis* infimul eximiis, CALOVIIS, scilicet, GEIERIS, CARPZOVIIIS, β) OLEARIS, γ) magno agmine eosdem concomitantibus *Anglis* et *Batavis*, *Criticis*, uti ingeniosissimis; sic et Celeberrimis, in commentationibus suis ad sacras, quas defendimus *Epistolas* IEREMIAE propheticas, scrutatas a DANIELE, tam Romanorum, quam Reformatorum nec non Arminianorum, qui fuerint addicti, Sacris, CORNELIO a Lapide, ESCOBAR, MALDONATIS, IUNIIS, POLANIS, GATAKERIS, VATABLIS, DRUSIIS, GROTIIS, et iis, quos POLVS Ebraeae Linguae eruditissimus, nec non iisdem, quos magno numero ad hunc locum illustrandum *Critici Anglicani*, summopere depraedicandi ac immortali laude mactandi, mundo erudito electo ordine suppeditarunt: Sicco quoque quod aiunt, *socco*, *Rabbinorum* interpretatione atque *Patrum* Ecclesiae obseruationes tam pias quam eruditas praeterire ingenuas ob causas nobis commode persuasimus: Praeluculentibus hifce *Pharis*, inquam, ulterius pedem promouere poteramus; Verum enim uero, eum limites hac quidem uice nobis praescriptos excedere nos non oporteat, decori et breuitatis studio calamum retrahimus et alii occasione atque tempori, si quae desiderari hucdum forsitan poterant, debitis et humillimis, Deo, pro praestita ope, gratis persolutis, tam excuriendi enixius quam exponenda limatius, reseruamus.

F I N I S.

α) *Quenstedius* in *System. Theol.* T. I. c. IV. Sect. II. Qu. XVII. XVIII. sequi. *Carpzovius* in *Introduct. ad Libros Biblicos. Buxtorffius* in *Anticritica* f. *Vindic. Cod. S. Fabricius* in *Pseudepigraph.* V. T. T. I. a pag. 102. usque ad p. 1140. T. II. p. 145. 107. 169. β) *Ioan. Benedic. Carpzovium*, puto, qui in *Colleg. Hermeneut. Pract. MSCR.* Reg. IX. p. m. 68. *Parallelismum* tam Realem, quam Historicum ad Interpret. S. Litterat. ingenue inculcat. γ) *Iob. Olearium*, *Liptienf. Theol.* uolo, qui in *Colleg. MSCR. Hermeneut. c. IX. §. 14.* pondera uerborum uibrat aduersus *Pseudo-Criticos: Absit*, inquam, ab interpretatione *Sacrae Scripturae longo longius, qui haecenus in Anglia grassatus est Independentissimus.*

Ung. VI 28

= [Dissertationes theol.
Vols. 7 & 8.]

ULB Halle

3

001 831 976



1017=00





ספרים

SIVE

EPISTOLAS PROPHETICAS

In Dan. C. IX. com. 2.

MEMORABILES

A

TENTAMINE NVPERO CRITICO

CLARISS. VIRI

GVILIELMI WHISTONI

ANGLI

VINDICATAS

EXERCITATIONE ACADEMICA

PRÆSES

IOANN. SAMVEL BILLEB

ABBATISBESSINGA - SCHWARZBURGICVS,

LL. A. A. ET PHILOS. MAGISTER

IN ALMA, QVAE AD ALBIM FLORET, LEVCOREA

H. L. Q. C.

DIE XVI. KALEND. OCTOBRIS. MDCCXXIV.

DISQVISIONI PLACIDAE SVBMISSA

PVBLCICE TVEBITVR

RESPONDENTE

CHRISTIAN BENIAMIN ZIHNIO

ARNSTADIO - THVRINGO.

WITTEMBERGÆ STANNO CERDESIANO.

